



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XVI. Vastissimae columnae Virginis auxilio eriguntur, quod aliter minimè praetari poterat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

berati fuerunt; quippe qui spem firmam, ac sitam habebant, in re tantae religionis, ac sanctitatis, multis deinde exemplis spectata eius cerei uirtus patefacta est.

## MIRAC. VIRG. XVI.

*Vastissimae columnae Virginis auxilio eriguntur, quod aliter minimè praestari poterat.*

**C**onstantinus Imp. summae magnitudinis, & mirificè ornatum templum extruendum curabat. cum eam ob rem vastissimae columnae aduectae fuissent, quarum admirabilis erat altitudo, latitudo autem xvj. pedū; frustra eas diū architectus omni machinarum genere erigere conatus est. Animi sese angebat operis redemptor, qui mentem nunc in hanc, nunc in illam cogitationem noctu, atq. interdiu diuidebat, semper meditans, quonam pacto coeptū opus posset perficere. Visus est igitur iccirco Virginem intueri, quae illa solitudine animum leuaret; sedulamq. in ea re perficienda operam pollice retur. Iussit. n. Virgo machinas, & funes certo ordine disponi, ac parari. Deinde, ut è scholis templo proximis treis pueros peteret, imperat; illorū ope, non alia columnas erectū iri attestans. Vbi experrectus est redemptor ea ratione machinas digerit, quam Dei parens praestituerat. Accersitis ergo illis puerulis, absq. ullo negotio, quod maxima robustissimorum operariorum copia non potuerat, efficit; immensae magnitudinis columnis erectis. quis igitur erit tam stipes, aut

aut truncus, qui, ubi aliquod arduū opus aggreditur, auspicem, ac ducē sibi ipsam nō proponat? Fallitur. n. quisquis humanis tantum uirib. fidit. At profecto sapere ij semper mihi uisi sunt, qui augustissimū, & sanctissimum eius nomen in omni egrēgio facinore perficiendo inuocant. nunquā, n. nichercule eos spes ulla frustrabitur, nec reprim entur unquā iusti eorum conatus.

## MIRAC. VIRG. XLVII.

*Templum, in quo Virginis uestium reliquiae adseruabantur, noctu, cum omnia plena essent tenebrarum, clarissimo lumine lucere uisum est.*

**S**criptum reliquit Gregorius, beatus uir, & episcopus Turonū, adseruari in Aruernorū ditio- ne quasdam reliquias rerum, quae uirginis fuerant, easq. ibi summo in honore, & maximo in cultu haberi; ut res tāta dignitate praestanteis habere pat, & equum est. Cum aduenisset igitur festus assumptionis dies, Gregorius in templum se contulit, in quo illae reliquiae custodi ebātur; quodq. assumptioni erat dicatum. Statuerat. n. propter aduenientis diei expectationem, & religionem de more ibi laudib., & hymnis celebrare exēbias. Quare atra in nocte, quo tempore omnia obscura, & umbrarum plena erant, propius illuc accedens, ē templi speculis uidit omnia intus diei plena esse, ac lucis; omniaq. luminib. collucere, quib. quilibet splendor exsuperabatur. existimās illuc maximam facum; & funalium copiam fuisse alla-

D tam